

D I E X V I I I . J U L I I .

I

I N F E S T O

S. CAMILLI DE LELLIS
CONFESSORIS,

Clericorum Regularium MINISTRANTUM INFIRMIS
Fundatoris.

Introitus.

Joann. 15.

Ajórem hac dilectionem
nemo habet, ut ánimam
suam ponat quis pro amí-
cis suis. Psalmus 40. Beá-
tus qui intelligit super
egénum & páuperem:
in die mala liberabit eum Dóminus.
y. Glória Patri.

Oratio.

D Eus, qui sanctum Camíllum, ad
animárum in extrémo agóne lu-
stántium subsídium, singulári charitá-
tis prærogativa decorásti: ejus, quæ-
sumus, meritis Spíritum nobis tuæ di-
lectionis infunde; ut in hora éxitus
nostrí hostem vincere, & ad cælestem
mereámur corónam pervenire. Per
Dóminum. in unitáte ejusdem.

Pro SS. Symphorosa & septem Filiis Mar-
tyribus.

Oratio.

D Eus, qui nos concédis sanctórum
mártirum tuórum, Symphorosæ
& filiorum ejus, natalitia cólere: da
nobis in ætérrna beatitúdine de eórum
societate gaudére. Per Dóminum.

Tertia Oratio. A cunctis, vel, Concé-
de quæsumus.

Léctio Epistolæ beáti Joánnis Apó-
stoli.

i. Joann. 3. b

C Haríssimi, Nolite mirári, si odit
vos mundus. Nos scimus quóniam
translati sumus de morte ad vi-
tam, quóniam diligimus fratres. Qui
non diligit manet in morte: omnis,
qui odit fratrem suum, homicida est.
Et scitis quóniam omnis homicida

non habet vitam ætérnam in semet-
ípso manéntem. In hoc cognovimus
charitatem Dei, quóniam ille ánimam
suum pro nobis pósuit: & nos debémus
pro fratribus áimas pónere. Qui ha-
buerit substántiam hujus mundi, & vi-
derit fratrem suum necessitátem habé-
re, & cláuserit víscera sua ab eo: quó-
modo cháritas Dei manet in eo? Fi-
llioli mei, non diligámus verbo neque
lingua, sed ópere & veritáte.

Graduale. Psalm. 36. Os justi meditábi-
tur sapiéntiam, & lingua ejus loqué-
tur iudicium. y. Lcx Dci ejus in corde
ípsius: & non supplantabuntur gres-
sus ejus. Allelúja, allelúja.

y. Psalm. 111. Beatus vir, qui timet Dó-
minum: in mandatis ejus cupit nimis.
Allelúja.

In Missa votiva post Septuagesimam, omis-
si. Allelúja, & Versu sequenti, dicitur
Tractus. Psalm. 111. Beatus vir, qui ti-
met Dóminum: in mandatis ejus cu-
pit nimis.

y. Potens in terra erit semen ejus:
generatio rectórum benedicetur.

y. Glória & divítiae in domo ejus: &
iustitia ejus manet in sæculum sæculi.

Tempore Paschali omittitur Graduale, &
ejus loco dicitur, Allelúja, allelúja.

y. Ibidem. Beatus vir, qui timet Dómi-
num: in mandatis ejus cupit nimis.
Allelúja.

y. Osee 14. Justus germinabit sicut lí-
lum: & florébit in ætérnum ante Dó-
minum. Allelúja.



In festo S. Camilli de Lellis Confessoris.

 Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. *Ioann. 15.*

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Hoc est praeceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos. Majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis, si feceritis quae ego praecipio vobis. Jam non dicam vos servos: quia servus nescit quid faciat Dominus ejus. Vos autem dixi amicos: quia omnia quaecumque audivi a Patre meo, nota feci vobis. Non vos me elegistis: sed ego elegi vos, & posui vos ut eatis, & fructum afferatis; & fructus vestrum maneat: ut quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis.

Offertorium. *Psalmus 20.* In virtute tua Domine laetabitur Justus, & super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium animae ejus tribuisti ei.

Secreta.

Hostia immaculata, quam illud Domini nostri Iesu Christi immensum Charitatis opus renovamus, Sancto Camillo intercedente, sit contra omnes corporis & animae infirmitates salutare remedium, & in extremo agone solatium & tutela. Per eumdem Dominum nostrum.

Pro SS. Symphorosa & septem Filiis Martyribus.
Secreta.

Munera tibi, Domine, nostrae devotionis offerimus: quae & protuorum tibi grata sint honore justorum, & nobis salutaria, te miserante, reddantur. Per Dominum.

Secreta. Exaudi nos Deus, vel, Oblatis, Domine, placare.

Communio. *Matth. 25.* Infirmus fui, & visitasti me: Amen, amen dico vobis: quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis.

Postcommunio.

Per haec caelestia alimenta, quae sancti Camilli Confessoris tui solennia celebrantes pia devotione suscepimus, da, quae sumus Domine: ut in hora mortis nostrae, Sacramentis refecti, & culpis omnibus expiati, in simum misericordiae tuae lati suscipi mereamur. Qui vivis & regnas &c.

Pro SS. Symphorosa & septem Filiis Martyribus. *Postcommunio.*

Propterea nobis quae sumus Domine, intercedentiis sanctis martyribus tuis Symphorosa & filiis ejus: ut quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, &c.

Postcommunio. Mundet & muniat, vel, sumpsimus, Domine, beatae Mariæ.

X. III. 47





980519 Bibliotheca 38005.
P.P. Camaldulensium in Bielany


Depozyt w Bibliotece Jagiellońskiej



07994







MISSALE
MONASTICUM